

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis
Farrago**

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

D. Ioanni Cosnio Sebastianus Marsthouius S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

D. Ioanni Cosnio Sebastianus
Marsthouius
S. D.

Postquam ueni in Germaniam, duxi ad te, quā-
primū natus esset tabellariorum, scribendum esse
& de meo itinere, & de ratione studiorum quam
in hac Academia institui: memini enim te magnō-
pere à me concendre, cūm isthinc discederem,
ut quām se p̄simē ad te literas darem. Cūm au-
tem me singulari amore complexus sis, & summa
fide ac diligentia ingenium meum ad optimas ar-
tes institueris ac traduxeris, sacerem turpiter, ni-
si intelligerer quanum tibi debeam, & nbi ut-
cissim gratificari omni officij genere studerem.
Quare libenter scripsi ad te, ut gratitudinis meae
tibi specimen ostenderem. Ad id accedit, quod
cūm ad amicos scribo, uideor nūbi uelut domi &
in patria esse: cuius recordatione mirificè dele-
ctor. Sed ut de itinere breuius dicam: perueni Dei
beneficio saluus & incolumis ad hanc Acade-
miam. comites habui ad oppidum quoddam, quod
in uicinia est, plenos humanitatis mercatores quo-
dam, quorum nūbi officia nulla in re desuerunt.
Ingresso in urbem, casu fit obuiam Philippus. Id
ego quidem uelut bonum oneninterpretor: & ut
fit

fit faustum & felix, Deum precor. Is, et si non dum inter nos esse noticia potuit, tamen comiter me salutauit. & cum peterem, ut mihi hospitis domum monstraret, mandat adolescentei, ut eò me deducat. Habeo autem hospitem cum primis honestum hominem, tum etiam eleganter uiuentem, & amantem Sarmaticam gentem. Literas tuas domino Philippo reddidi, qui mehi officia sua liberaliter pollicitus est, cum quadam commemoratione sui studij erga nationem Polonicam. Et ut audio, tribuit ingerijs nostræ gentis singulararem laudem acuminis & industrie. Postea coepi audire prælectiones, ubi audio magnam esse facultatem studiofis, quounque in genere doctrinæ uersari ueline. Nam Latine & Grece literæ diligenter traduntur, & tractantur singulari perspicuitate & felicitate omnes Philosophiae partes. Quare quod faustum & felix fit, huius Academiæ studijs me frui gaudeo. Ac de studijs quidem scribam copiosius, ubi mihi certam discendi rationem præscripsero. Nunc quidem, ut in primo aditu, degusto omnes prælectiones. Delectat etiam me huius urbis tranquillitas, apta Musis. Et magna est hominum, & precipue scholasticorum conitatis. In sacris ritibus nihil uidi, quod magnopere disimile sit à nostris. Quare merito succensendum est nonnullis,

I 4 qui

qui his hominibus horribilem quandam & plus quam Cyclopicam barbariem tribuunt. Qui cum tales frangant fabulas, magis morbum animi sui declarant, quam prosum Reipublicæ. Sed de his rebus scribam alias. Ego enim hæc cōmunia literarū & humanitatis studia amplecti decreui, quæ coluntur hic satis feliciter. Nec admisco me disputationibus, quarum dijudicatio non pertinet ad meam ætatem, illa tantum de moribus urbis commemorauit, ut intelligeres, meos etiam mores in tu to esse. Et professores solent magna cum gravitate de modestia in omni officij genere præcipere. Bene uale. 1536. Mensē Maio.

Dilecto nostro Philippo Melanchthoni, Episcopus N Parisiensis, nunc Cardinalis, S. D.

Ex tuis literis, & eius qui has tibi redidit, Posse sermone intellexi, quo sis in rem publicam Christianam animo, in ijs præsertim rebus que ad coniunctionem omnium gentium pertinente: quod nostrorum hominum nemini non fuit apprimè gratum, mihi uero etiam suprà quam dicti potest iucundum. Nihil est enim quod tam uehementer cupiam, quam hoc, ut illa dissidia, per quæ iam diu labe factari Christi Ecclesia coepit, aliquando recte componatur. In hac pacificationem mi Melanchthon, propter